

Prod. Tale jus : 1) Duceret ad theoretice absurda et prae-
tice impossibilia,—2) nititur falsis suppositis, et confusionibus
idearum ; *e.*

Ad ant. 1 part. (duceret). Si est jus naturale, vi naturae
humanae possidendum, debet competere omnibus etiam maxime
rudibus, et feminis, et infantibus, qui omnes eandem habent
naturam ; —*a.* absurdum est et impossibile, de rebus gerendis
et de bono communi ac mediis ad illud, judicium aequum ferri
ab his omnibus, praesertim in magnis et complicatis societa-
tibus ; *e.*

Ad ant. 2 part : cfr. objectiones.

Objic. 1° Natura nullum hominem alteri subiecit,—nullum
prae aliis constituit ut praesit,—non dividit genus humanum
in duas classes : regentium et servientium ; *e.* — *R. d. ant.*
natura abstracte, nude sumpta, *e* ; natura in concreto, cum fac-
tis contingentibus et relationibus variis, *n.*

Objic. 2° Homo vi personalitatis suae a natura constituitur
independens ab omnibus aliis, relate ad bona quibus procuratur
conservatio et perfectio hujus vitae, et acquisitio finis ultimi ;
a. haec bona procurat auctoritas civilis ; *e.* omnes aequaliter
concurrere debent ad hanc auctoritatem exercendam (ea bona
procuranda) ; *e.* — *R. d. maj.* relate ad gradum et modum quo
procuret sibi finem ultimum, et relate ad usum mediorum ad
illud conferentium, *e* ; relate ad procurationem illorum medi-
orum, *n.* (nec physice nec moraliter independens est). — *e.*
min.—*n. cons.* vel *d.* omnes habent jus ut auctoritas ipsis
procuret media, *e* ; ut ipsi procurent, *n.*

Objic. 3° Qui aequaliter onera ferunt vitae socialis, jus ha-
bent aequaliter ad commoda hujus vitae ; *a.* omnes cives aequa-
liter ferunt ; *e.*—*R. d. maj.* jus ad libertatem civilem et per-
sonalem, ad finem societatis obtinendum, *e* ; jus ad libertatem
politicam, ad dirigendam societatem in finem ejus, *n.*—*tr. min.*

Objic. 4° Qui tributa solvunt pro functionibus publicis, jus
habent exercendi influxum in modum quo illae functiones pe-
raguntur, et in usum quo expenduntur pecuniae a se solutae ;
a. omnes solvunt ; *e.*—*R. d. maj.* jus habent exigendi ut recte